

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Petitiones super quibus Santissimus Ro. Pont. videtur consulendus, &  
eidem supplican.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

rum Sedi Apostolice & Episcopis. Et de homyliario lingua communī confi-  
ciendo, quo parochi vtantur. Illūstrissi-  
mus Metropolitanus patribus exposcēn-  
tibus, curam suscepit ut libellus hic &  
homyliarius conficeretur, & ederetur.

Decreuerunt etiam, vt idem Illustriss. Metropolit. decretis Synodi iam editis, & quā die crastina edi & publicari in Synodo debent, possit addere & deme-  
re, & declarare, & etiam eorū ordinem & substantiam immutare.

Decreuerunt pariter, vt ab eodem Il-  
lustriss. Dom. Metropolit. nonnullæ pe-  
titiones nomine Synodi Sanctiss. D. N. proponerentur, & vt literæ super ijs ad Sanctitatem suam scriptæ, etiam si non  
nomine Synodi, sed Episcoporum scri-  
ptæ essent, ita tamen Synodi nomine  
scriptæ crederentur, ac si in sessione  
actum esset: & subscripterunt paginam  
albam ad hoc vt prædictæ literæ eo-  
rum nomine confectæ ad Sanctiss. D. N.  
mitti possent.

Petitiones autem Sanctiss. D. N. por-  
rigendæ, sunt infra scriptæ, videlicet.

Petitiones super quibus Sanctiss. Rom.  
Pont. videtur consulendus, & pro  
eisdem supplican.

**V**T in parochialibus resignatis, qua-  
rum portio parochi reseruata est  
minor centum, pensionarii seu reseru-  
tarii fructuum pro rata pensionum seu  
reseruationum sustineant onera Eccle-  
siarum pro ipsarum reparatione & cul-  
tu diuino, si Rector ipse ob paupertatem  
de fructibus sibi remanentibus illa susti-  
nere non possit.

Vt in futurum reseruentur centum  
pro victu parochi, deductis omnibus  
oneribus.

Et habentes diuersos Canonicatus in  
eadem dioecesi, in ecclesijs in quibus re-  
sidetur, teneantur per sex menses anni in  
vna, & p sex reliquos in altera residere.

Vt sicut in insignibus, ita & in debili-  
bus collegiatis, possit Episcopus suppri-  
mere aliquas præbendas.

Ordinetur, quid agendum sit de ob-  
tinentibus Canonicatus, & simplicita be-  
neficia, qui ad ordinem presbyteri ad-

mitti nos possunt, & an sint cogendi per  
Vicarium.

Vt obtinenti Canonicatum in Cathe-  
drali vel collegiata, possit in eadem  
ciuitate vel terra conferri parochiales,  
stante exiguitate numeri, vel reddituum  
Canonicoru.

Vt ad tollendas nonnullorum dubi-  
tationes in sacro Concilio Tridentino  
sess. 5. cap. 1. & sess. 24. cap. 8. de reformati-  
o quens de præbenda Theologo & Po-  
nitentiario assignanda, locum habeat in  
præbenda Canonicali, vbi maximè nul-  
la alia præbenda adest.

Vt Regulares subiaceant decretis hu-  
iis provincialis Synodi Mediolanen.

Vt non derogetur yunionibus Benefi-  
ciorum factis ab hac Synodo pro Semini-  
ario. (dis.

De commendis sine conventu yniuen-  
tibus subueniant cathedralib. pauperib.

Excommunicationes pro rebus de-  
perditis aut subtraetis ad finem reuelationis, an possint etiam concedi a Vicariis,  
& sub quā forma, & quibus de causis;  
& an pro reuelan. delictis sint dan-  
da: licet verba Concilii satis clare vi-  
deantur innuere excludi Vicarios.

An sanctum Concilium sess. 24. cap. 1.  
de reformatione Matrimonij, Pe-  
mittes Matrimonia contrahi ante quam de-  
nunciationes proponantur, quoties pro  
babili suspicio fuerit, he Matrimonium  
malitiōsē impeditur, intelligatur, dum  
modo primo de predicta suspicione ab  
Episcopo cognoscatur, & eius iudicio de-  
nunciationes postponantur, sicuti quan-  
do remittuntur, vel ynjurciusque priuati,  
vel parochi arbitrio hoc relinquatur,  
quando ob suspicionem impedimenti  
denunciationes posponi debeant.

Qualiter fraudibus & pactionibus il-  
licitis occurrī possit, quas faciunt obri-  
nentes pensiones super beneficio tertij  
qui nihil soluit, cum multis simulatio-  
nibus, & ecclesiarum non modico detri-  
mento; & an expediat pro salute animarum & utilitate ecclesiarum dictas pen-  
siones non concedere.

Vt Regularcs exempti, qui in ciuitate,  
vel loco, aut infra vnam dietam non  
habent conservatores vel Iudices, co-  
ram quibus conueniri possint in causis  
Cuius-

Ciuilibus, corā ordinario conueniantur, vel dictos Iudices deputare cōgantur,

Ad remouendas cauillatiōes & calumnias, videtur declarandum, et auferam monialium esse imponeādam, non solum ubi alias fuit, sed et in ubi nunquam fuisse prætenditur, ad mentem Bonifac. VIII. & sacri Concilii.

Vt Moniales dictæ de Annuntiatio-  
ne Ordinis Sancti Augustini, ciuitatum  
Placentiæ, Dhertonæ, Cremonæ, & Va-  
lentiæ, quæ sedi Apostoliæ se subiectas  
afferunt, & ab ordinariis se gubernari  
non permitunt, iuxta Decret. Concilii  
sessi. 25. cap. 9. de regul. non permittant ur-  
vt de ciuitate in ciuitatem, de Monastero  
in Monasterium, etiam sub prætextu  
faciendi Capitula & visitationes, yaga-  
ri; & vt ab ordinario, saltem in ijs quæ  
pertinent ad ordinarium, regantur.

Examinandus in vrbe ad ordines, vel  
beneficia curata, teneatur exprimere, an  
prius fuerit ab ordinario examinatus  
& reprobatus; & si id tacuerit, pœnas  
graues incurrat, & ad beneficia examen  
sibi non proficit.

Petenda videretur à Sanctiss. D. N.  
pro Episcopis facultas, dispensandi cum  
aliquibus pauperibus suarum diocesum  
misericordibus personis super Matrimo-  
nio, in quarto ante Concilium, etiam  
scienter, vel post Concilium ignoran-  
ter contracto, qui propter impotentiam  
dispensationes impetrare non possunt,  
dummodo Episcopi gratis dictas dispen-  
sationes darent.

*Petitio oblata Sanctissimo D. N. super  
Indulgencij.*

*Beatissime Pater.*

**C**ollegimus ex Decreto Tridentini  
Cœciliū incommoda & abusus, quos  
in sacrarū Indulgētrarū ysum & perce-  
ptionem ex hominī irreverentia, igno-  
ranția, alijsq; causis irrepissile in prouincia  
nostra Mediolanē animaduertimus.

Indulgētrarū frequentia, fidelium  
pietas, & religionis ardor, in illis recipi-  
endis restinguuntur.

Cum in eis publicandis frequentius  
processiones adhibeantur; & populi pic-

tas minuitur, & diuina officia in Eccle-  
sia perturbantur.

Indulgētrarū occasione, nocturno  
tempore ex virorum & mulierum con-  
cursu multa scandala oriuntur.

Cum viri & mulieres eodem tempo-  
re ad eandem ecclesiam frequentes con-  
ueniunt, multa ab improbis hominibus  
grauī bonorum scandalo minus honeste  
& pudicè hynt.

Indulgētrarū facilitate homines  
procliuiores sunt ad flagitia.

In consequendis Indulgētiis, cùm  
nulla penitentiæ opera præstanta im-  
ponuntur, fidelium charitas refrigescit.

Ex verbis illis (pro culpa) imperitis  
& simplicibus hominib; erroris oc-  
casio præbeatur.

Cum pro mortuis etiam concedūtur,  
nec quidquam præterea declarationis  
gratia additur, multi in ea re errant.

Multi non intelligunt, ad capiendum  
sacrarum Indulgētrarū fructum, pœ-  
nitentiæ sacramentum, aut firmum con-  
fandi propositum necessariò requiri.

Ex amplissima facultate absoluendi,  
multi se à censuris, etiam ab homine ir-  
rogatis, absolvi posse arbitrantur.

Vbi eligendi Confessoris facultas da-  
tur, sàpè confessores ordinario non pro-  
bat; eliguntur.

Qui Indulgētias Episcopis publi-  
candas deferunt, (qui plerunque laici  
sunt) maxima in ea re insolentia censu-  
ris propositis vtuntur.

Ex concursu pluriū Indulgētrarū,  
quibus eadē certa dies præfinita est, ma-  
gnæ difficultates & cōtrouersiæ oriūtutur.

In Ecclesiis deligidis, altarium nu-  
mero, tempore constituendo, vbi id in  
bullis definitum non est, campanis pul-  
sandis, cereis accendendis, & aliis hu-  
iulmodi, maximæ perturbationes & con-  
tentiones excitantur.

In summiis, que communi lingua  
sunt, sàpè falsa, & ab ipsis Bullis aliena  
exprimuntur.

Falsæ Indulgētiae pro veris quan-  
doque circunferuntur.

Multis in locis populo Indulgētiae  
proponuntur, quarum origo ignota est,  
nec ullis certis argumentis earum au-  
toritas comprobatur.

I 2 Ver-